



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Formula praxis recipiendi moniales.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

Formula denunciandi missas Pontificales in Ciuitate.

Proxima Dominica die, qua solenni cultu Diui Anastasij celebratur, (aut que erit dies) Illustrissimus, ac Reuerendissimus Archiepiscopus, uti moris est, Missę sacrum solenniter faciet in Metropolitana Ecclesia (aut quō in loco faciet) qua propter pro ea vos hortor pietate, qua erga suum Pastorem affectus quisque esse debet, cum maximē id præstantibus certę statutz sint poenarum condonationes quas indulgentias vocant, ut frequentes ad huiusmodi sacra conuenire studeatis.

Formula denunciandi mensruos Conuentus.

Noueritis, fratres charissimi, feria N. quę erit dies N. mensis N. mensruam Conuentum R. R. Sacerdotum nostrę Plebis in Ecclesia Parochia li S. N. loci N. prædictę nostrę Plebis habendum esse. Hortor igitur vos, ut ad Conuentuale sacrum quod ibi solenne agetur, conueniatis: sic enim fiet, ut Indulgentiarū, quę dicuntur, a Summo Pontifice Gregorio XIII. concessarum, ut ex iisdem fusius tunc cum recitabuntur intelligetis, participes efficiamini.

Indulgentia a Pontifice concessa promulgetur intra Missam quę eius Conuentus nomine celebrabitur ex præcepto Concilij Prouincialis 6.

Cum hoc loco imprimendę essent formulę ad Moniales pertinentes, illę verō multiplicēs sint, & in quibus facile possit contingere error, quō facilior omnibus, & expeditior esset in ijs vtendis ratio visum est nobis breuē instructionem adiungere, eam scilicet, quę ex Concilijs Prouincialibus desumpta, ab Illustrissimo Cardinali Sanctę Præsedis, ab eiusque Ministris, in puellis ad Religionem, & nouitijs ad professionem admittendis, longo vsu comprobata, ac seruata est.

Puella igitur, quę religionem ingredi postulat, anno saltem antequam examinetur, & Capitulo Monialium propo-

natur, supplicem libellū exhibet, in quō Reuerendiss. Archiepiscopo, aut Vicario Monialium suum exprimit desiderium ingrediendę Religionis.

Vicarius Monialium supplici libello accepto, in eodem præsentationis illius diem notat; puellę verō Confessarium præscribit, cui deinceps singulis mensibus iuxta præscriptum Concilij Prouincialis primi confiteatur, & sacram communionem accipiat, ceteraq; præstet, quę eodem Concilio præcipiuntur. Tringinta ad summum ante diebus, quę Capitulum a Monialibus habeatur, puella a Vicario, aut ab alio Sacerdote, cui Reuerendiss. Archiepiscopus, aut Vicarius id munus delegerit (nisi id per se ipse præstare velit Reuerendissimus Archiepiscopus) secreto examinatur iuxta formam eiusdem Concilij primi.

In examine hæc potissimū quæruntur. De libera, & pia puellę Religionis ingrediendę voluntate.

An precibus, aut minis parentum, vel cuiusuis alterius inducta fuerit.

Quamdiu cogitarit de ingrediendā Religionē.

Qua potissimū de causā Monialis fieri velit.

An Religionis vim, & pōdus stelligat.

An vtorum itē, quę in ea emittuntur.

An regulas, & constitutiones norit, quę proprię sunt illius Monasterij, in quō religionem profiteri cogitat.

Interrogatur etiam de doctrina Christiana, an scilicet in ea rectē riteque instituta sit.

An sciat legere; eamque se præsentē legere iubeat.

Tum etiam si examen fiat proximē ante professionem, videat an rectē dicere officium norit.

Quod si examen ab alio quā a Reuer. Archiepiscopo, aut Vicario Monialium fiat, is, qui eam examinarit, totum id quod in examine deprehendit in scriptis ad eundem Vicarium deferat.

Formula status.

Die . . . Mensis . . . Anni . . .
N. filia N. Mediolanensis Portę
N. Parochiæ S. N. si verō in Diocess
st.